

8°


Döll.

7946

W

W

Carrifex



Cōtra monachos proprie-

tarios plurimi egregiorū virop̄ tractatus.

¶ Prūnus magistrī Joannis currisicis.

¶ Secundus magistrī Joannis de bomalia.

¶ Tertius magistri Petri damiani.

¶ Quartus magistri Petri cantoris.


¶ Quintus ciuisdam alterius docti viri.

¶ Item tractatus magistri Joannis nictoris contra defen-
dentes aperturam claustrorum.



Qui omnes diligenter cōpressi venundantur Panthys in
vico sancti Jacobi sub Pelicano.

*Pantheis s.a.
Mdl 2 [ca. 1510?]*



Tractatus de vicio proprietatis editus per iohannem currisicis canonicum regularē primo deinde monachū cisterciensem in villari. demū cōfessorem monialium de reformatione eiusdem ordinis in monasterio de marts.

Icūt modicū fermē-
tum totam massam corrūpit. sic proch dolor die
bus istis. iste per toūn mundū r̄sūs proprie-
tatis monasteria destruit. Nam procul dubio
in coenobitis religiosorum mens a mente dividitur. Ubi fa-
cilitatibus cōmuniō non tenetur. Ideo pater carissime per in-
frascriptavobis ex pura caritate & puro compassionis affectu
ostendere conabor periculum in quo nunc statis qđ adeo aie-
vestre est periculosius quanto illud minus sentitis. Nam ut
aīt perius blesensis in quadam epistola. mēbrum illud est val-
de periculosum: & fortassis in proximo a sano corpore tanq̄
putridum resecandum. qđ non sentit dolorem. Pro ordine ḡ
dicendorum ego presuppono qđ promisisti & iurasti viue-
re scđm regulam sancti augustini qđ pfessionē fecisti. sicut
& omēs fecimus & promisimus sicut etiā promittere tenemur
Que quidem regula sicut et cetere regule patrū aplīco mo-
re precipit districte qđ debetis vivere sine proprio. S: ip quo
habendo non solum ep̄i s: nec ipse papa qui habet plenitudi-
nen prātis dispensare potest. Unde dicit innocentius tertius
in caplo. Cum ad monasterium de regularibus in fine. qđ ab
dicatio proprietatis & custodia castitatis adeo sunt annexere
gule monachali ut contra eam nec summus pontifex potest
indulgere. Sed forte dicetis qđ hoc caplī loquitur de mona-
chis et non de canonicis regularibus Rñdeo kīne qđ nulla
est differentia inter monachos & canonicos regulares. quo
ad tria substantialia ordinis. licet regule inseruant laxiori.
De hoc est textus ad litteram capitulo ex parte de postul.
Unde dicunt doctores qđ ep̄i tenent locum aplorū. quo ad
dignitatem. sacerdotes quo ad sacramentorum amministra-
tionem. religiosi vero quo ad proprietatis renunciationem.
Et ideo dicitur tertio dyalogoru. qđ monachus qui in terra

a ij

possessionem querit monachus non est quod fuit verbum ysaac
a sancto gregorio egregio doctore recitatum et approubatum.
Nullus ergo religiosus potest habere proximum sive abbas sive
simpler religiosus supple possessorie intitulatum aut
assignatum quod diuicias sapit. vel delicias redolet aut glo-
riam secularem ministrat. Sed si queritis que sunt ratio. Rati-
o deo et multiplex. Prima ratio est. quia pres qui istud ordinu-
m uerunt optime nouerunt a spiritu sancto electi eos qui reru-
dominum retinent inccano varijs distrahi curis et a contempla-
tione impedire celestium: nec ex totis viribus sursum in deu-
cor leuare posse qui terreno pondere premuntur. Tria sunt
vicia que dicuntur per similitudinem flui infernales et quos
ut timendum est hys diebus magna pars hominum et mun-
di nauigat recto tramite ad infernum. Primum est superbia.
Contra istud vorumus obedientiam: secundum est luxuria
contra istud prouulsum castitatem. tertium est auaricia: con-
tra istud iurauimus paupertatem. hec tria tangit iohannes
aplus in canonica sua dicens. Omne quod est in mundo aut
est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum. aut
est superbia vite. Nec debet capi ista voluntaria paupertas
pro pura priuatione rerum sive carentia. sed pro virtute men-
tis. qua quis nullum proprium possidere vult in hoc mundo
propter deum ut expeditius possit deo seruire. Ad hanc si re-
ligiosi non solum opere sed corde redierint veri preuaricatores
sui ordinis sunt censendi. qui tanquam canes ad vomitum ad di-
uitias huius seculi redire moliuntur. quas iuramento presti-
to soleniter abiecerunt quando professionem fecerunt. Alii
sunt rationes per quas clare patet. quod illi qui procurauerunt
divisionem fieribonorum inter abbatem aut ceteros prelatos
et inter conuentum fuerint causa quod hic tam spiritualia quam
temporalia perierint. quia unum sequitur ex alio. Quia namque
defuerunt temporalia ubi viguit religio. Et raro prosperantur
temporalia ubi regnus proprius est a claustro. Quia quod non ha-
bet regnum habet fiscus. Secunda ratio est: quare proprium non debet
esse in claustro sed communis vita: quia ubi est diversitas reru-
temporalium. ibi viget contrarietas voluntatum: que est no-
uerca et dissipatrix totius religionis. Et rogo vos dica. is mi-

chi. Unde dñis dñs hominum vnde lites & discordie. quia vnius
hoc alter illud sibi appropriando dicit esse suum. Nec oportet de hoc in mediis adducere scripture exemplum: sed experientia experientur quot et quante rire essent inter nos et vos
propter vestrum et nostrum: si vellennus vobiscum verbis co
tendere et non potius dissimulare hec. Etiam erat causa qua
re abraham & loth & pastores gregum eorum simul cum pa
ce habitare non potuerunt. ¶ Item tertio iste modus viuen
di per portiones non solum a regula et a patribus qui rela
giones instituerunt est reprobatus. sed etiam inutilis rejectus
Nullum est dubium et hoc experientia docet si ille pecun
iae et redditus qui inter nos et vos dividuntur colligerens
eur ab uno administratore prouido et apud temporebus fies
cent prouisiones habundantius haberent singuli: et regula
nus de yna olla quod de pluribus oliculis viuenterent. Non enim
est dubium quod singuli denariatum necessaria ementes plus
expendunt et magis a diuinis retrahuntur: plus temporalis
bus inuoluuntur. quod si suo tempore res necessarie simul eme
retur. Experientia testis est quod cum plures de pecuniis sibi con
tributis discrete sibi prouident. minus expendunt largius ha
bent et iocundius viuunt. quod si sibi quilibet seruum pruide
ret. Et quod hys omnibus maius est in pace viuunt. Non
enim gratis scriptum est. Ecce quod bonum & quod iocundum ha
bitare fratres in ynum. Ubi enim non est diuisio sensus ibi
in vnione caritatis plurimarum mentium statutus affectus.
Ecce satis clare liquet quod illi qui primo introduxerunt hunc
abusum viuendi per portiones rejecta regula secundum quam vi
uere promiserunt similes sunt illis preuanicatoribus iudeis
qui olim ginasium iherosolimis constituerunt se et alios ad
instituta gentium transtulerunt terminos transgredientes
quos non coluerunt patres eorum. Verum est tamen hys
non obstantibus quod omnium honorum monasterij iusta dis
pensatio spectat ad prelatum. non ut ad dñm: sed ut ad seruum
et procuratorem fratum suorum. ¶ Hoc tamen officium ubi
potest debet alijs committere & spiritualibus vacare. Unde
gregorius ad iohannem abbatem scribens ait. In causis

X
tus procuratorem constitue et tu ad lectionem et ad orationem vaca. De hospitalitate esto sollicitus quantum potes pauperibus largire. Bona ḡ huius conuentus sicut et ceterorum monasteriorum sunt bona crucifixi et patrimonia pauperum vobis data ad dispensandum non utique ad possidendum. Unde bernardus ad fulconem abbatem. Sane patrimonia sunt pauperum facultates ecclesiarum: et sacrilega crudelitate eis surripitur quicq; sibi ministri et dispensatores non utique dñi ultra victimam accipiunt et vestitum. Et sequitur Non enim ordinavit deus de euangelio querere delicias s; vivere ex eo ut videlicet sint contenti alimento corporis, non regule irritamenta aut incentiuia libidinis et quibus teguntur non quibus ornantur accipere. Et quantum hoc vicecum proprietatis cauendum est religiosis evidenter ostendit auctoritas apostolica et sequentium patrum exemplaris censura. Unde ananias et saphira quia retentum quicquid de proprio commune non fecerunt corporee mortis sententia percussi sunt. Et iudas quia non fuit denariorum cum ceteris communione contentus in traditionis voragine corruens: a collegio separatus est apostolorum. Unde sancti patres in hoc vicio decedentibus et in sterquilinium sepultis dici debere congrue statuerunt illud beati apli petri ad symphonem magum. Vnde pecunia tua tecum sit in perditionem. Unde dicit sanctus thomas q; votum religiosorum tria principaliter respicit. scilicet paupertatem castitatem et obedientiam. Et horum transgressio obligat ad peccatum mortale. Cetera vero que in regula continentur non obligant ad peccatum mortale nisi propter contemptum. Et hec tria secundum eundem thomam in tantum inherent ossibus monachorum q; etiam religiosi epi effecti ab his tribus non absoluuntur. quia tales nunquam possunt habere propria. sed manent duntarat dispensatores omnium bonorum ecclesie. Unde canit ecclesia de beato augustinio. Testamentum nullum fecit quia pauper xpi unde faceret non habuit. Quare non habuit quia religiosus erat anteq; episcopatum ascenderet. Ex his omnibus patet. q; periculose facitis si contra anime vestre salutem

petitis vobis portionem assignari. quia hoc est expresse contra regulam et contra mentem omnium patrum qui religioses instituerunt. Quia hec duo pronominia meum et tuum tantum pacis et concordie inimica in suis regulis dampnae sunt. Nullum enim proprium habet religiosus nisi suum pecatum: et hoc proprium sibi emit qui in monasterio proprium querit. Ideo dicimus secundum preceptum hugois de sancto victore nostra cappa nostra tunica nostra manus. Non mea cappa: non mea tunica: non mea manus. et cetera Quia qui proprium habet furti iudicio reus erit. Sed forte dicetis Nunquid ergo moriar fame? Patrimonium non habeo. administratio etiam bonorum omnium subtracta est michi. sedere non valeo mendicare erubesco. Nequaquam quis regula nullum permittit mori fame sed expresse precipit quod cuilibet debet quantum cuilibet opus est. Et quid rogo est facilius quam ire ad unam coquiam et commune cellarium. et cetera. Credo quod rex francie non ita commode vivit sicut religiosi qui sub regula sancti augustini deo suo militant quod ipsi sine sollicitudine rerum temporalium in spiritualibus proficiunt et iocundie de cellario tantum nimenta domini de presepio pabulum corpori necessarium sunt. Et hic erat modus vivendi quem sanctus augustinus cum suis fratribus obseruare consuevit. Unde ait in hac verba. Valde inquit me delectat fratres si unum gazophylatum fuerit presepe nostrum et nos quasi domini iumenta simus. velut agri volucres quibus ipse de rore celestis benedictionis communem dat habundantiam. Sed henricus de hassia et plures alii illuminati viri qui regulam nostram exposuerunt dampnant et reprobant pecuniarum distributiones et prebendales portiones presertim ubi quilibet siam pro arbitrio portionem ex pendere possit. partem consumendo partem vendendo aut cui vellet partem erogando. Et quare hoc. Quia ista ministrant fermentum vagandi. conui via intus et extra claustra faciendi et aliquando a religione apostata andi. Unde filius ille predigus recepta portione pecunaria a domo patris recessit portionem suam cum meretricibus denotaturus. Sed fortassis dicetis. Injuste me accusatis de vicio proprietatis ex eo quod peto portionem et signari

Nam ego ex natura religionis non sum capax alicuius rei
et sic dominium aut alicuius rei proprietaria possesso in me
transferri non potest. Rñdet vobis magister henricus de has
sia q̄ proprietarij non estis quasi in vos transferatur do-
minum rei utilis. s; appropianter possidere vult:is que vestra
non sunt et taliter vobis vendicatis et usurpatis res utiles
ut eas tenendo in nullo differatis ab h̄is qui pecuniarum
vsum et veram proprietatem habent. Hoc enim est propriati-
ue eis uti qualitercumq; libet: et pro quibus placet expone-
re et quantum vult residuare sicut purus scalaris: sicut utiq;
faci:is dicendo. Non intrabitis domū meā vineā meā non
habebitis. Non enim est dubium quin ex tali usu vos estis
reus huius criminis licet fortassis non eo gradu quod illi se
dampnant qui sine scitu et consensu sui prelati aliqua tenent
Illi enim ne diuin proprietarij censēdi sunt. s; furibus et latro-
nibus similes hebendi. Qualitercumq; ergo predictis modis
proprium habetur hoc cum periculo mortalitatis peccati possi-
detur. Imo scdm doctores proprietarius grauius peccat q̄
simplex periurus. Quia periurus solum facit contra honore
dei. sed proprietarius facit d eo infidelitatem sicut mulier
adulteraviro suo. Si enim illi sunt infames secundum scrip-
turam qui non seruant promissiones et iuramenta hominib;
prestata. multo grauius peccat qui votum deo factum violat
et obseruare contemnit. h̄is diligenter consideratis videat
et iudicet discretio vestra an periculose missas celebratis. an
periculose ceteris diuinis vos ingeritis. Duxi vobis sentire
meum leodiū coram commissarijs nostris quod pro iniuria
magna suscepistis. Sed si michi non creditis saltim h̄is do-
ctoribus credatis. Nescio quis de hoc amplius dubitare pos-
sit. nisi penitus cecus aut qui lippis oculis tenebras palpat
in meridie. Sed fortassis dicetis. Ista etiam non obstat: nā
sunt circa centum et viginti annos q̄ hec diuisio benorum
inter abbatem et conuentum rite et debite facta sicut per ca-
pitulum sancti lamberti. Quid ergo ad vos ista iterato reu-
care in dubiu Karissime respondeo sicut p̄s q̄ regulam no-
stram exposuerunt. Regula dicit absolute et simpliciter. Nō

dicatur aliquid proprium s; sunt vobis omnia communia in
vestimento et in omni re. Item regula dicit. Distribuatur vni
cuicq; victus et vestimentum. Item regula inquit. Distribua
tur viuicq; de communii prout viuicq; opus fuerit. Non
dicit portio pecunie cuilibet aut tot modi spele. s; cui libet
sine personarum acceptione quantum cui libet opus fuerit.
Nolunt enim augustinus qvibus egeret et alter habundaret
s; voluit q; sicut omnes vocantur fratres: ita omnes scutelle
essent sorores. Si ergo prefatum capitulum in istis principa
lioribus punctis regule vobiscum dispensare potuit contra
votum e; iuramentum quod deo fecistis quando professione
emisistis. Ergo ipsum capitulum pari ratione absoluere pos
set a regula. quia certe non est maior ratio de parte q; de to
to. Sed constat q; ipsum capitulum vos a regula nequaquam
absoluere possit: presertim post professionem vestram. quia
hoc esset facere contra votum nostrum ergo. et ceterum. Sed statim
replicabitis dicendo q; ex isto concludere volumus et dicere
q; capitulum errant quod dicere videtur nobis nimis teme
rarium. Sed karissime noueritis q; nolumus dicere q; dñi de
capitulo errauerunt in iure quia hoc esset utiq; nobis pressi
tuosum dicere. s; ipsi errauerunt i facto Nec mirū si i facto er
rauerunt: quia facta ut aiunt leges prudentissimos fallunt
Unde constat nobis et de hoc nullum facimus dubium si
istud factum fuisset predictis dominis de capitulo per pre
decessores nostros rite et debito modo expositum q; ipsi iustis
sime causam istam terminassent. Sed non est dubium quin
illi qui hunc abusum viuendi hic primo introduxerunt hoc
callide hoc est tacit a veritate aut falsitate suggesta hec a p
dictis dominis obtinuerunt. Quia si meraveritatem eis ex
posuissent legendio eis regulam et vota et cetera. Nequaquam
hanc divisionem bonorum obtinuerint. Sic dñi prefati capi
tuli satis excusantur. quē admodum excusatur rex assuerus
prout in libro hester legitur qui depravatus consilio naamā
emuli iudeorum edictum zulis crudele in necē innocentium
publicauerat quod cum veritate cōperta reuocatum est: put
abidem legitur. Nec nos sumus in hac parte culpandi de te

meritate: si audemus dicere q̄ dñi in facto errauerunt. Imo penitus excusandi. Sicut etiā seipsum excusat beatus bernardus qui rejectis litteris dñi pape robertum nepotem suum reuocavit ad claraualle unde fugerat. Expressè enim ponit ep̄la beati bernardi. q̄ presfatus robertus dimissa claualle se transtulit virtute litterarum domini pape ad clauacum. Et tamen predictus pater eundem reuocavit tanq̄ suum fugituum & apostata non obstantibus litteris quibuscunq;. Sed nunquid dicemus q̄ hoc fecit ex temeritate? Ne quaēq;: sed sanctus pater bene nouit p̄t pulchre declarat q̄ papa in hac parte fuerat circuēt⁹ & decept⁹: & q̄ littere sue rāt iperste aut veritate tacita aut falsitate suggesta. ideo eas reiecit & nullius reputabat momentū. In multis etiam passibus uris papa reuocat plures litteras diuersis concessas ex eo q̄ fuerant impetrare aut veritate tacita aut falsitate suggesta. Si ḡ papa cū toto consilio potest errare in facto quas re capitulū non potuit errasse in hac diuisione facta inter vos et contentum. Hoc utiq; non est inconueniens dicere. presertim in isto facto. quia exercitium & studium predicatoris dominorum de capitulo frequenter alibi ascitur q̄ curiose indagare qualiter religiosi scdm vota et statuta ordinis vivere debeant: quia ipsi dominicis contenti preceptis. ad consilie se non astrinxerunt. Ideo hec & consimilia suis prelatis qui huius rei maiorem merito deberent habere noticiā committere consueuerunt. Si ergo salutem vestram diligitis. nolite amplius gloriari de dispensatione capituli. s; diligenter studatis reuocare quod per predecessores vestros perperam factum est: ne mors vos apprehendat in proprietatibus vestris & trahat cum dolore canos vestros ad inferos. Nec obstat si dicitis: si res ita se habet & status regularium tam attus est. vt pretendis quis saluus erit? An omnes tam solennium ecclesiarum regularium canonici in statu dampnando sum erunt? Quid ad hec dicā nisi illud dictum per ppheā. Perditio tua ex teisrael in me auxilium. Nonne vivere secundum regulam augustini solenniter vorerunt deo cui si metuerint ipsi viderint nec de multitudine miremimi pererunt?

quia lata est via que ducit ad mortem. Utia enim sancta teste
beato bernardo querenda est in libris non in hominibus In
spiciatis regulam vestram et vota vestra: non attendatis quid
alij faciant, sed quid vos facere debeatis. Vos enim iurastis
pro posse et nosse vivere secundum regulam sancti augustini.
examinetis conscientiam vestram et clare inuenietis non deficere
re posse et nosse sed deficere velle et adesse nolle. Sed fortas-
sis adhuc in deffensione proprietatis vestre assumeatis argu-
mentum et dicetis. Si ego ergo sum in tanto periculo ut affe-
ritis quid erit ceteris religiosis fere vbi libet per vniuersum
orbem constitutis: et precipue de mendicantibus qui nec in ge-
nere nec in specie habere proprium possunt. Refert enim fide-
lis historia qd beatus dominus in lecto egreditur in constitutus
appropinquante eius hora mortis tuit perpetue maledictio-
nis sententiam in fratres proprietarios tam presentes qd fu-
turos. Beatus etiam franciscus apostolus vir seraphico igne to-
tus ardens et accensus districte precepit posteris suis ut nu-
dum eum nudum sequerentur. Et sic de alijs mendicantibus
sancta sanxit mater ecclesia. Et tamē hū omnes ut dicitis im-
meores professōis sue diuīc̄s et delicijs affluunt et legi seruiunt
qua nō coluerunt patres eorum. Quis tñ hos oēs audebit co-
demnare nisi temerarius vide: Karissime amice qd ad hec
dicam nisi illud quod vulgo dicitur qd multiplicare inconven-
ens non est soluere. Fateor qd vbiqz fracta sūt repagula clan-
derorum qd fere vbiqz perīst religio fundens riuos amaritudi-
nis, que olim lac et mel effundere consuevit. Antiquū enim
dictum est et ante tempora nostra cartis membraticis cōmen-
datum qd ordo predicatorum oriunda transgressione ab anti-
quo certauit: quomodo quotidie possit in peius deficere ab
immutatione paterna immo ut ait quidam denotus vir in or-
dine minorum nomine a principio cum perfectione, orta est
imperfectio ordinis sancti francisci. Et ut ait statim presenta-
to francisco in templo celesti, incōtinenti vita ei⁹ captiuata fu-
git in egyptum. De alijs ordinib⁹ mendicantium quid dicē-
dum experīetia docet. Et quid de hijs dicemus: An iuste eos
excusabimus: An potius dicemus qd ybi vlt̄x flamma gel̄ē

ne ignis plures prevaricationes inuenient: q̄ ibi durius dese
uet. Formidandum est n̄ fallor q̄ in quantum h̄j ab altiori
perfectione per contemptum corruerunt q̄ in tantum artus
torti & durius exusti penas perpetuas exsoluent. Nec de so
cietae multorum gaudeant n̄ vt decreū ait. Nō minus
ardebunt qui cum multis ardebunt. Et licet hec fortassis ve
rissima sint tamen a viris sanctis valde flenda sunt. Nam au
deo dicere saluo iudicio meliori q̄ nichil est adeo dampnissimum
christiano populo post scismam sacrosancte romane ecclesie si
cut ruina & casus religiosorum & religionum. Nam sicut sanc
ti & religiosi deuoti non minus profuerunt rei publice q̄ mi
lites armate militie qui fines xpianorum defendunt a barba
ris. Nam vt refert gregoriū in registro. post urbes destitut
icas & eversam a lombardis italiā sola roma meritis & p
tibus sex milium sanctimonialium sub nutritore gregorio sub
arta disciplina deo famulantur a gladio hostili liberata est.
Afferit etiam hieronimus in prohemio vitas patrum. q̄ mun
dus usq; ad tempora sua permanxit inconcussus meritis pa
trum per heremum egyptimorantium. Si oratio solius mo
nachi potuit impēdire demonē missum a iuliano apostata ad
partes orientis ne transiret cellam suam in mo per decem d
ies arrestatus est immobilis velut lapis virtute orationis pre
fati viri & cassō negotio redire compulsus est. Quid rogo po
tuerunt facere plures & multa milia monachorum q̄i religio
f oruit. Sed proch dolor diebus istis res in contrarium versa
et. Nam sicut dudum h̄j fuerunt multis causa salutis.
ita modo per insolentias eorum sunt procul dubio multis &
precipue laicis perpetui scandali & causa ruine. Et in tantum
nunc valuit religio q̄ magni viri et famosi & scientia predici
non verentur dicere q̄ expedire rei publice q̄ fere omnes
religiosi propelleretur procul a finibus xpisidelium aut q
clauderetur ecclesie eorum & aperirentur deuotis viris &
ligentibus deum & iusticias eius sicut dudum factū fuit de
templariis. Sed opinio videtur michi innis dura presertim
propter electos qui inter eos latitat velut granum inter pi
leas. Hec ergo lamentabilis & deflenda ruina religiorū no

debet nobis ministrare materiam leticie aut excusationis in
peccatis sive merorem et tristiciam non modicam et occasionem nos
celeriter emandandi: cum nimis qui egerunt penitentiam
ad predicationem ione in facco et cinere. Alias procul dubio
formidare debemus quod ira dei que in igne reuelabitur nos ap-
prehendet in cautos sicut dudum apprehendi generationem
illam pessimam temporibus noe. Nam tunc aque diluuij su-
bito inuoluerunt edenes et bibentes et mandata dei neglig-
entes. Quod a nobis auerterat quivit et regnat deus. Amē

CSequitur tractatus questionis magistri iohannis de
bonalio sacre theologie doctoris ordinis predicatorum

Unus prelatus alicuius religionis vel monaste-
rii sive couentus potest cum suis subditis dispense-
re super his que concernunt regularem obser-
uantiam sive religionis. Et videtur quod non. Nam
minus est commutari votum quam in eo dispensari. Sed votum
non potest commutari. ergo minus in eo potest dispensesari. Mi-
nor patet per illud quod dicitur leuiticii xxvii^o A nimis quod
incolari potest dominus si quis voverit sanctum erit et mutari non
poterit nec melius malo nec peius bono. Sed regularis ob-
seruantia ut manifestum est cadit sub voto. ergo in ea vel in
hīs que pertinent ad eam non potest prelatus dispensare.
Preterea implere votū est de lege nature et preceptum di-
vine legis quia cù sit actus latrie pertinet ad preceptum pris-
me tabule. Sed in his que sunt de lege nature et in precep-
tis diuinis precipue prime tabule que ordinantur directe ad
dilectionem dei: que quidem dilectio est ultimus preceptorū
suis non potest per hominem dispensari. g. et c. **C**Preterea

Super fidelitate quā homo tenetur deo nullus p̄t dispensare; obligatio voti fundatur super fidelitate quā homo debet deo. Ergo in tali nulla cadit dispensatio. Cum igitur per professio nem alicuius religionis aliquis volet et promittit deo fidelitatem et obedientiam secundum regularem obseruantiam suereligionis. Ergo in talibus non cadit dispensatio alicuius prelati talis religionis super suos subditos. In contrarium arguitur minoris firmitatis videtur esse quod procedit ex cūmī voluntate q̄d quod procedit ex singulari voluntate alicuius personae. Sed in lege qui habet robur ex communi voluntate potest per hominem dispensari. Ergo etiam videtur q̄ in voto quod procedit ex singulari voluntate alicuius persone per hominem dispensari possit. Pro responsione ad questionem est diligenter aduertendum sicut dicit beatus bernardus in libro de precepto et dispensatione. Regula cuiuslibet religionis omni homini proponitur sed nulli imponitur prodest si devote suscipitur et tenetur. Non tamen obest si non suscipitur. Quod autem est in voluntate suscipientis et non potestate proponentis. voluntarium merito dicitur non necessarium. Atramen si illud quod voluntarium est. quis propria voluntate admiserit et deinceps promiserit tenendum profectum in necessarium sibi ipse conuerit. Nec iam libere potest remittere quod prius potuit libere non suscipere. Et sic quo ex evolutione suscipit ex necessitate tenebit. Qz omnino necesse est eum reddere vota sua q̄ distinxerunt labia sua et ex ore sua condempnari aut iustificari. Sed ut dicit beatus gregorius. Felix necessitas que cogit in melius. Unde dicit sanctus thomas secunda secunde. q. xlviii. q̄ obligatio voti ex propriavitate et intentione causatur. Unde deuter. xiii. Quod semper egressum est de labiis tuis obseruabis et facies sicut promisi domino deo tuo et propria voluntate et ore tuo locutus es. Ad fidelitatem autem hominis pertinet ut soluat id quod misit. Maxime autem debet homo deo fidelitatem tu ratione dominij tu etiam ratione beneficij suscepti. Et ideo maxime obligatur homo ad hoc q̄ unpleat vota deo facta. hoc enim pertinet ad fidelitatem quam homo debet deo. Fractio autem

est quedam in infidelitatis species. Unde salomon ratione assignat quare sunt vota reddenda. quia displicet inquit deo infidelis promissio. Consequenter aduertendum ut dicit beatus bernardus qd in qualibet regula cuiuslibet religionis sunt quedam precepta que non tam ab homine sed a deo sunt instituta. Undelicet de acibus virtutum de quibus in sacra scriptura data sunt precepta verbi gratia de caritate humilitate mansuetudine et sic de alijs. Que ideo mutantur non sunt quod precepta. Cetera vero non profidentibus sive voluntibus sunt monita sive consilia tantum. nec grauant non obseruata cum tamen profidentibus vertantur in precepta et prevaricatis in criminis. Quia non profidentibus sunt voluntaria et profidentibus sunt necessaria. Sic tamen necessaria sunt ut ex eis non preuidetur necessariis rationabilibus dispensationibus. Sed non omnibus huiusmodi credita est dispensatio sed solis xpni ministris et dispensatoribus ministeriorum dei ad hoc deputatis. Quia noscere debent ibi tantum usus dare dispensationem. unde bonam habere possint recompensationem. Et sanctus thomas dicit ibi supra idem in sententia. qd in aliqua regula continetur aliquid duplicititer. Uno modo sicut finis regule sicut sunt ea que pertinent ad actus virtutum et horum transgressio quantum ad ea que cadunt communiter sub precepto obligant ad mortale. Quia qd religiosus sit virtuosus qd sit humilis patiens mansuetus castus et obediens qd diligit deum et proximum et sic de alijs. Cadit sub precepto. Et omnia sive quibus religiosus non posset esse virtuosus obligant ad mortale sivos transgressores. nec cadunt sub dispensatione prelati. Quantum vero ab ea que exceedunt communiter necessitatem precepti. i. que non est necessarium precipere ad hoc qd religiosus sit virtuosus non obligant transgressores ad mortale nisi contempnerent obediens si eis preciperetur quia religiosus non teneatur esse perfectus sed ad perfectionem tendere cui contrariatur perfectio nis contemptus. Alio modo continetur aliquid in regula tamq; pertinens ad exterius exercitium sicut omnes exteriores et seruanter Inter quas sunt quedam ad quas obligatur religio

sus ex voto professionis. Votum autem professionis respicit
principaliter tria scz paupertatem continentiam & obedientiam.
Alia vero omnia ad hec ordinantur & ideo transgressio horum
trium obligat ad mortale. Aliorum autem transgressi non
obligat ad mortale nisi vel propter contemptum regule quam
hoc directe contrariaretur professioni per quam aliquis vo-
uet regularem vitam. Uel propter preceptum siue oretenuit
a prelato factum siue in regula expressum quia hoc esset fa-
cere contra obedientie votum. existis patet qd ea que solum con-
tinentur in aliqua regula quantum ad corporales obserua-
tias sicut paupertas voluntaria castitas perpetua humilitas
obedientia ieiuniu regulare abstinentia carmum: vigilie habe-
tus religionis inclinations discipline silentium labor & hu-
iusmodi similia in regulis et constitutionibus siue statutis
contenta quenon cadunt sub diuino precepto: ante professio-
nem subditis sunt voluntaria: sed post professionem necessaria.
Prelatis vero & presidentibus eorum sunt partim volun-
taria scilicet illa que inuenta sunt ab homine & partim nece-
ssaria scz que sunt diuinitus instituta. hoc est que cadunt sub
diuino precepto. Et est ulterius notandum quod sanctus ben-
nardus distinguit triplex necessarium. sed stabile inuiolabile
et incommutabile. Necessarium incommutabile est
quod diuina ita constat et eterna ratione firmatum ut nul-
la ex causa possit vel etiam ab ipso deo aliquatenus immu-
tari sicut sunt precepta prime tabule. videlicet de dilectione
dei et fide et cetera talia qd nec liceat nec expedit aliquid
non haberi. eo qd sunt necessaria bona sine quibus salus esse
non possit & de quibus etiam ipse deus dispensare non potest.
Necessarium inuiolabile est illud quod non est ab homine
traditum sed a deo neqz mutari vel dispensari potest nisi a deo
qui tradidit. vt verbi gratia. non occides non me habens non
furtum facies & reliqua illius secunde tabule precepta. Quia
et si nullam prorsus humanam dispensationem admittitur ne
cuiqz homini ex his aliquid aliquo modo soluere aut licuit aut
licebit. deus tamē horum quod voluit quādo voluit soluit: si
cū ab hebreis iussit egypciis spoliari. & prophetā ozee cū m

liere fornicaria cōmiserere. Et talia similia solū cadunt sub dispensatione diuina et nullo modo huāna. Necessarium vero stabile dicitur quod ita est necessarium q̄ mutari non potest nisi solū a prelatis et presidentibus qui dicuntur dispensatores. Verbi gratia. Regule sanctorum cuiuslibet religionis approbat et autentici canones siue instituta ecclesiastica autē tica: que qm̄, a sanctis tradita sunt et sanitata. substantialiter persevererant nec aliquo modo conceditur subditis ea posse variare siue mutare que tñ ab hominibus et per homines sc̄tis illis loco et officio p̄ canonicanam electionem succedentes inter dum liceat et innocie pro causis personis: locis et personis disp̄santur. Non tamē leuiter et pro voluntate: sed fideliter et pro ratione possunt dispensare. Et ratio quare huius modi cadunt sub dispensatione prelatorum est qua talia instituta fuerunt: non quia aliter vivere non licet sed q̄ ita magis exp̄ediret et hoc ad lucrum vel custodiam caritatis. Quandiu ḡ caritati militant inuiolabiliter fieri sunt mutariq; oīno nec ob ipsis quidem prelatis sine offensa possunt. Sed si forte aliquā videantur caritati contraria solis prelatis prouidere creditū est et dispensare siue mutare. quia iustissimum est ut que pro caritate instituta fuerint etiam pro caritate vbi videbitur expedire vel omittantur vel intermittentur vel forte in aliud cōmodius mutantur. Sicut econtrario procul dubio iniquū es- set si ea que pro sola caritate sunt statuta contra caritatem tenerentur. In talib; igitur non debet fieri dispensatio etiam a prelatis nisi quatenus deseruit caritati sc̄dm auctoritatem gelasii pape dicentem. Ubi necessitas non est nullo modo violentur sanctorum patrum instituta. Et infert. Ubi ḡ necessitas fuerit ad utilitatem ecclesie qui potestatem habet ea dispenset. ex necessitate enim sit mutatio legis. Et sanctus thomas prima sc̄de q̄stioe. xcviij. et sc̄d a sc̄de q̄stioe. lxxviii. dicit q̄ dispensatio proprie importat cōmensuratem distributionem vel applicationem alicuius cōmuni ad singularia vel ad ea que sub ipso continentur. Unde et gubernator familie dispen- sator dicitur in quantum uniuscū de familia cū pondere et mē- sura distribuit et opera et necessariavite Sic igitur in quacūq;

multitudine ex eo dicitur aliquis dispensare qui ordinat qua
liter aliquod preceptum commune sit a singulis adimplendum
Contingit autem aliquando quod aliquod preceptum commune quod est ad
commodum multitudinis ut in pluribus non convenit huic p
sonae vel in hoc casu quia vel per hoc impeditur aliquod melius
vel etiam induceret aliquod malum. Periculum autem esset
in hoc casu si iudicio cuiuslibet committeretur nisi forte propter
evidens et subitis periculi. Et ideo ille qui habet regere mul
titudinem huius potestatem dispensandi in lege humana que sue
auctoritati committitur scilicet in personis vel casibus in quib
lex deficit licentiam tribuat ut preceptum legis non seruetur
Si autem absque ratione pro sua voluntate licentiam tribuat non
erit fidelis in dispensatione. aut erit imprudens. Infidelis quodlibet
si non habeat intentionem ad bonum commune. Imprudens autem
si rationem dispensandi ignorat. Propter quod dominus dicit luke
xii. Quisputas est fidelis dispensator et prudens quem consti
tuit dominus super familiam suam. Ubi dicit theophilus. Sicut enim
in dispensationibus facultatum siue aliquis incautus sit fidelis
domino existens siue etiam prudens sit et fidelis dispersus res domini
sic et in rebus diuinis opus est fidelitate et prudenter. Non
enim multos deum coleentes et fideles quod vero non poterat pru
denter ecclesiastica tractare negocia. non soli possessiones sed
etiam alias destruebant vientes in pctores indiscreta virtute
per immoderata penitentie maledicta. vel importunam multitudinem.
Et similiter in religiosis ille qui votet quodammodo
statut sibi legem obligans se ad aliquid quod est secundum se et in
pluribus bonis. scilicet quantum ad obseruantias corporales ad
quas ante professionem non erat obligatus. Potest tamen contingere
quod in aliquo casu sit vel simili malum vel inutile. vel ma
ioris boni impeditus quod est contra rationem eius quod cadit sub
voto. Et ideo necesse est quod determinetur aliquod votum vel aliquod
quod cadit sub regularibus obseruantibus. siue ceremoniis non
esse seruandum. dicitur esse dispensatio voti. vel illius quod ca
dit aliqualiter sub voto. Si autem pro hoc quod seruandum erat
aliquid aliud imponatur dicitur comutatio voti. Unde minus
est votum comutare quam in voto dispensare. Utrumque tamen

est in potestate ecclesie sive prelati quod sic patet. Nam votum est promissio deo facta de aliquo qd sit deo acceptum. Quod aut sit in aliqua permissione acceptum ei cui promittit ex eius pender arbitrio. Prelatus autem in ecclesia gerit vicem dei et ideo in commutatione vel dispensatione votorum requiritur prelati auctoritas qui in persona dei determinat qd sit acceptum. scdm illud scde chorinthios scd. Nam et ego propter vos donavi in persona Christi. Et signanter dicit propter vos quod ois dispensatio per ea a prelato debet fieri ad honorem Christi in cuius persona dispensat vel ad utilitatem ecclesie qd est eius corpus. Ulterius dicit ibidem sanctus thomas qd quidam dixerunt qd prelati possunt in votis pro libitu dispescere quia in quolibet voto cocluditur conditionaliter voluntas prelati superioris et sic subditus absq; oī remorsu conscientie posset votum pretermittere quicunq; sibi a prelato diceretur. ¶ Sed predicta positio falso mutatur quia clavis potestas prelati specialis qui non est dominus sed dispensator sit in edificationem data et non in destructionem ut patet scde corinthios decimo. sicut prelatus non potest imperare ea que scdm se deo displicant. scz pctā. ita non potest prohibere ea qd scdm se deo placent. scz virtutum opera. Et ideo absolute potest ea homo voulere. Ad prelatum tamen spectat quid sit magis virtuosum et deo magis acceptum decidere. Et ideo in manifestis dispensatione prelati non excusat a culpa puta si prelatus dispesaret cum aliquo super voto de ingressu religionis nulla apparente causa obstante. Si autem esset causa apparente per quam saltem in dubium revertetur posset stare iudicio prelati dispensantis vel commutantis non tamen iudicio proprio quia ipse non gerit vicem dei nisi forte in casu in quo id qd voulit esset manifeste illicitum et non posset oportune ad superiorem recurrere. Ex omnibus istis sequuntur plura. ¶ Primo qd ex magna parte ea que sunt in aliqua regula sive constitutionibus et statutis subsunt prati prelati quantum ad dispensationem non tam scdm voluntatem sed discretionem et talia sunt qd concerunt observantias exteriorum et corporales. ¶ Secundo qd qcqd de spalib; in rta traditum est sicut subtilitatem opera. scz huiusmodi diuina recepta nullum

modo est in sua potestate dispensare. ¶ Tertio q̄ corporales obseruantie non ita sunt in sua voluntate vt voluntati sue de seruant. vel q̄ ad libitum sue voluntatis dispensare valeant. sed magis vt deseruant caritati. ¶ Quarto q̄ neq; prelates est supra regulam cui etiam p spontaneam professionem se submisit. Unde obligatur ad regularem obseruantiam sicut et ceteri sui subditi. ¶ Quinto etiam dato q̄ interdum littera regule cedat caritati p tempore cum ratio necessitatis exigit quia caritas q̄ est regula diuina regule cuiuslibet hominis et sancti preponitur absit tñ q̄ hominis cuiuspiam subdatur voluntati. Nam vt dicit beatus bernardus prelator q̄ eligitur mandatorum cultor et viciorum vltor. super fr̄m transgressiones nō super patrum traditiones constitutur. Arbitror inquit sanctas illas obseruantias prelatorum prudentie et si dei creditas non subditas voluntati. ¶ Sexto q̄ regularium professio qua se iunior siue inferior subdit sponte priori siue superiori eque alligat et priorem siue superiorem. ita eadē necessitate prelatus debitor efficitur fidelis cure. atq; subditus humilis obedientie. ¶ Septimo qui profitetur promittit obedientiam non tamen oīmodā sed determinate scđm regulā siue religionis. Unde qui preest non potest frena laxare siue volūtati super subditos. sed habet mensuram ex regula prefiram et habet sua imperia siue precepta sic moderare circa id solū quod rectum esse constiterit. nec quodlibet rectum s̄z hoc tñ q̄ regule institutor aut instituit: aut scđm quod instituit. Unū communis et cauitor modus profitendi. talis est. Promitto obedientiam secundum talen vel talen regulam et talia statuta siue tales constitutiones. Non dicat promit o regulam s̄z obedientiam scđm regulam. Non ergo promittit obedientiam secundum voluntatem prelati. sed determinate scđm regulā et constitutiones et statuta siue religionis. ¶ Octavo si prelatus suo religioso subdito imponere temptauerit qđ non sit secundū regulam siue professionis aut secundū eam institutū nō imminet necessitas obedienti. Solum enim id ab eo exigere debet quod promisit. Unde patet quod quisquis professus in aliqua religione approba: fuerit. Nec ultra regulā suam


obedientie lege cogendus est. nec citra inhibendus et multo
minus contra. Ergo prelati iussio vel prohibito non pretereat
terminos professionis nec ultra extendit nec contrahit citra
Unde beatus bernardus. Nil me prelatus meus prohibeat
horum que promisi. nec plus exigat quod promisi: vota mea
nec augeat. sine mea voluntate. nec mihi uat sine certa neces-
sitate. Necessitas quippe non habet legem et ob hoc excusat
dispensationem et absq; necessitate remissio voti non dispen-
satio s; preuaricatio est et destructio contravoluntatem mur-
mur est non profectus. Est tamen sciendum quod huiusmodi
obedientia que voti finibus cohibetur imperfecta est.
Nam perfecta obedientia legem nescit terminus non ar-
tatur nec contentatur angustijs professionis largiori volun-
tate fertur in latitudinem caritatis et ad omne quod iniungitur
spontanea vigore liberalis alacrisq; animi modum non con-
siderans in infinitam libertatem extenditur. Est etiam scien-
dum ulterius quod ut et iam dictis patet. si prelatus aliquid pre-
cipiat quod est secundum regulam vel statuta sive constitutiones
pertinens ad regulares obseruantias etiam de minimis tenet
subditus obedire et si contempnat mortaliter peccat. Unde
dicit sanctus thomas. quod licet constitutiones fratris predicato-
rum hoc habeant. quod earum transgressio ex suo gne non obli-
gat ad culpam neque mortalem neque venalem sed soli ad pe-
